



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Dvrando De Osca, & Durando de Naiaco, Guillelmo sancti Antonini, Io.  
Narbonensi, & B. Biterensi, & aliis pauperibus catholicis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

excessus corrigeret delinquentium. Inde est quod serenitatem tuam rogamus atque monemus quatinus pauperes catholicos & hospites eorundem in orthodoxa fidē ac pia operatione manentes non permittas à quoquam temere opprimi vel à justitiariis tuis iustè grayari. Datum Laterani v. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

NARBONENSI ARCHIEPISCOPO  
& Episcopo Uticensi apostolicae sedis  
Legatis.

Epiſt. 93.  
Supr. eodem.

**C**VM catholici pauperes Durandus de Osca, Durandus de Naiaco, Guillelmus sancti Antonini, & socij sui reconciliati ecclesiastice unitati, quasi nova planta sicut benigne favendi, per apostolica vobis scripta mandamus quatinus vos eis in fide catholica & pia operatione manentibus exhibeatis favorabiles & benignos, & non permittentes eosdem à quoquam indebet molestri, in litteris testimonialibus & aliis administris ipsos propter Deum misericorditer adjuvetis. Datum Laterani i. v. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

IANVENSI ARCHIEPISCOPO  
& suffraganeis ejus.

Epiſt. 94.  
Supr. eodem.

**C**VM talis esse debeat ars eorum qui bus regendae anima committuntur ut non solum à dominico grege subductas sollicitudine pastorali reducere, verum etiam reducetas ad ipsum paterna in eo studeant mansuetudine confore, procul dubio nobis & vobis est sollicitè providendum ut dilecti filii Durandus de Osca & Guillelmus de sancto Antonino cum sociis suis reconciliatis ecclesiastica unitati taliter foventur in ipso quod cùm ipsi se lætabunt ibidem invenire favorem sperata dulcedinis, alij eorum inducantur exemplo errorem suæ deserere cœcitatibus. Quapropter fraternitatē vestram monemus attentionis & hortamur, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes quatinus ipsos procedentes secundum Deum caritatè tractetis, nec permittatis eos aut illos qui suum ipsius intuitu caritatis impenderint beneficium in vestris dioecesis constitutos hujus occasionis prætextu à quoquam temere molestari, contradictores censura ecclesiastica appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes &c. singuli vestrum in dioecesi sua ei nihilominus exequantur. Datum Laterani ii. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

S A N C T I M A R T I N I  
Canonicensis & sancte Marie Elethensis & Lez  
Abbatibus, & W. Decano in Constanti, dicitur  
Narbonensis & Helenensis diocesum.

**A**D nostram noveritis audientiam pervenisse quod B. Miles decimas quædam, quas progenitores ac ipse haec nus ab Abbatे sancti Genesij tenerunt, hospitali quod ad sustentationem infirmorum pauperum ædificare proposuit desiderat assignare, si nostra sedent beneplacito voluntatis. Quocirca discretioni veltra per apostolica scripta mandamus quatinus dicatum Militem, ut decimas ipsas Ecclesias illas ad quas noscuntur pertinere resignerent, moneatis prudenter & efficaciter inducatis, quod si ad id induci non poterit, & Abbatis prædicti & dioecesani Episcopi super hoc astensum quiverit obtinere ut eas conferat hospitali præfato, auctoritate nostra concedatis eidem liberam facultatem. Quod si non omnes &c. duo velutrum ea &c. Datum Laterani i. v. kal. Iunij, pontificatus nostri anno decimo quinto.

D V R A N D O D E O S C A ,  
& Durando de Naiaco, Guillelmo sancti  
Antonini, Io. Narbonensi, & B. Bur  
rensi, & aliis pauperibus catholica.

**C**VM a nobis peritur &c. usque perdurat effectum, Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus &c. usque assensu, personas vestras & spe. cialium amicorum vestrorum in fide catholica & pia operatione manentes ac reis eorum sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. protectionis &c. usque incursum. Datum Laterani i. v. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno decimo quinto.

E P I S C O P O E T C A P I T V L O  
Petragorensi.

**S**I circumspectius curaretis advertere quantum sit obedientia bonum, quantumve ipsius contrarium detestandum, ut pote idolatriæ sceleri comparatum, mandatum nostrum forsitan citius studeretis effectui mancipare, ut exuto veteri homine, vos in illius transformaretis imaginem qui usque ad mortem factus est obedientis Deo patri, nec vos excusaretis exceptionibus frivolis in ejusdem elusionem mandatis. Sanè cùm pro dilecto filio magistro I. de Veteri Morolio, qui diu cancellarius nostre servitio laudabiliter insudavit, & labo-